

dominus promisit dicens exurget gens contra gentem et regnum
 aduersus regnum et erunt terre motus magni per loca
 pestilencie et fames et quibusdam interpositis hoc quod modo au-
 distis adiunxit. Et erunt signa in sole et luna et stellis et
 in terris pressura gentium per confusione sonitus maris et
 fluctuum. Ex quibus profecto omnibus alia facta cernimus alia
 in primo ventura formidamus. Nam gentem super gen-
 tem exurgere earumque pressuram terris insistere plus iam in
 nostris tribulationibus cernimus quam in eodibus legimus.
Quod terre motus urbes innumeras subruit ex alijs
 mundi partibus scitis quam frequenter audiuimus. Pestilen-
 cias sine cessatione patimur. Singula vero in sole et
 luna et stellis ad huc aperte minime vidimus sed quod et
 hec quod longe non sint ex ipsa iam aeris immutatione colli-
 gimus quamuis priusque per alia gentium gladio ferienda tra-
 deret igneas in celo aures vidimus et ipsum quod postea hu-
 mani generis fusus est sanguinem conulcantem. Confusio
 autem maris et fluctuum ne dum noua exorta est sed cum
 multa pronuntiata iam completa sunt dubium non est quod sequantur
 etiam pauca que restant quod sequentium rerum certitudo est
 preteritarum exhibitio. **H**ec nos fratres karissimi idcir-
 co dicimus ut ad cautele studium nostre mentes euigilet
 ne securitate torpeant ne ignorantia languescant sed
 semper eos et timor sollicitet et in bono opere sollicitudo
 confirmet pensantes hoc quod redemptoris nostri voce sub-
 iungit. **A**rescatis homines per timorem et expectationem que
 superuenient uniuerso orbi. **N**am virtutes celorum moue-
 bunt. **Q**uid enim dominus virtutes celorum non angelos
 archangelos dominationes principatus et potestates ap-
 pellat que in aduentu districti iudicis nostris oculis tunc
 visibilibus apparerent ut districte tunc a nobis exigant sed quod
 nos modo invisibilis conditor equanimiter portat. **V**bi et
 subdit. **E**t tunc videbunt filium hominis venientem in nubi-